



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Conciliu[m] Carthagi. quartu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](#)

Concilium quartum Carthaginense

Fo. LXXXI.

Incipiunt capitula cōciliij qurati Carthaginēsis.

¶ Qualiter debeant ep̄i ordinari.	Cap. 1.	tones passi sunt,	43
¶ Qualiter consecrentur episcopi.	2	De tonsura clericorum	44
¶ Qualiter presbyteri ordinentur.	3	De habitu clericorum.	45
¶ Quemadmodū diacones constiuantur.	4	De continentia clericorum.	46
¶ Quemadmodū subdiaconi ordinentur.	5	De incestu clericorum.	47
¶ Quemadmodum acoliti ordinentur.	6	De clericis qui extra necessitatem ad nun-	
¶ Qualiter exorcistæ constiuantur.	7	dinas vadunt.	48
¶ Qualiter lectores fiant.	8	De vigilijs clericorum.	49
¶ Qualiter hostiarj ordinentur.	9	De clericis ab officio continentibus.	50
¶ Qualiter psalmistæ.	10	De clericis vt artificio victum querant.	51
¶ Qualiter virginē sanctimoniales.	11	De clericis qualiter sibi victum & vestitum	
¶ Qualiter viduæ vel sanctimoniales ad ba-		querant.	52
pristerium ordinentur.	12	Vt legant clericī qui orare non possunt.	53
¶ Qualiter sponsi & sponsæ benedicantur.	13	De clericis inuidis.	54
¶ De cellula sacerdotis.	14	De clericis accusatoribus.	55
¶ De victu & habitu sacerdotis.	15	De clericis maledicis.	56
¶ Ut episcopus libros gentiliū non legat.	16	De clericis adulatoribus & pditoribus.	57
¶ Ut episcopus indigentium curam per pres-		De clericis frequenter litigantibus.	58
byteros & diacones agat.	17	De clericis concordantibus.	59
¶ Ut episcopus per testamentum tuitionem		De clericis turpiloquis, siue vagis.	60
non suscipiat.	18	De clericis per creaturas iurantibus.	61
¶ Ut ep̄i pro rebus secularibus nō litigent.	19	De clericis inter epulas cantantibus.	62
¶ Ut episcopus tantum diuinis vacet.	20	De clericis sanis ieunia polluentibus.	63
¶ Ut episcopus egrotans pro se legatū ad sy-		De his q studiose dñico die ieunant.	64
nodus mittat.	21	De pachā suo tempore celebrando.	65
¶ Ut episcopus sine testimonio clericorū &		Vt clericus ab episcopo iniuste damnatus	
plebis clericos non instituat.	22	recurrat ad synodum.	66
¶ Ut ep̄s causas clericis præsentibus audiatur.	23	¶ De seditionarijs, aut usurarijs, ne clericī	
¶ Ut qn̄ ep̄s verbū facit, nullus discedat.	24	fiant.	67
¶ De discordantibus episcopis.	25	¶ Ut ex pœnitentibus ordinatus clericus de-	
¶ Ut ep̄s dissidētes cōcordare cōpellat.	26	ponatur.	68
¶ De episcopo vel clericō in alio loco non		¶ Ut episcopus viduæ, vel repudiatae maritū	
transferendo.	27	ad clerum promouens, deponatur.	69
¶ De dānatōe ep̄oꝝ à synodo tractanda.	28	¶ Ut clericus hæreticorum coniuia vel con-	
¶ De episcopo qui alicui crimen obiecerit.	26	sōria fugiat.	70
¶ Quod irrita sit sñia ep̄oꝝ in absentem.	30	¶ Quod hæreticorum cōctus, nō ecclesia, sed	
¶ Qualiter res ecclesiæ ab ep̄o habeant.	31	conciliabulum fit.	71
¶ De irritis distractionibus episcoporum.	32	¶ Quod cum hæreticis nec orandum fit, nec	
¶ De episcopis vel presbyteris vt à cuiuscūqz		psallendum.	72
ecclesia in ordine suo recipiantur.	33	¶ Ut cum excommunicatis communicans,	
¶ De primatu confessus presbyterorum cum		vel orans, excommunicetur.	73
episcopo.	34	¶ De pœnitentium lege.	74
¶ De confessu presbyterorum in ecclesia cū		¶ De negligentioribus pœnitentibus.	75
episcopo.	35	¶ De poscentibus pœnitentiam si postea ob-	
¶ Ut presbyteri parochiani aut p se aut p ali-		mutescant.	76
os q sacrū traxit christma ab ep̄o petat.	36	¶ De pœnitentibus, vt in morte viaticū ac-	
¶ De obedientia diaconorꝝ erga pb̄os.	37	cipiant.	77
¶ Ut diaconus eucharistiam iussu presbyteri		¶ De pœnitentibus, si post viaticum super-	
ministrat.	38	uiuant.	78
¶ Ut diaconus iubēte presbytero sedeat.	39	¶ De pœnitentibus, si casu aliquo morian-	
¶ Ut diaconus coram presbyteris interrogat		tur.	79
respondeat.	40	¶ De manus impositione sup pœnitentes.	80
¶ Ut diaconus tempore tantum officij albam		¶ Ut pœnitentes mortuos efferant & sepe-	
induat.	41	lian.	81
¶ De clericis qui pro fide tentati sunt.	42	¶ Ut pœnitentes semper genua flectant.	82
¶ De his qui profide ab infidelibus perfeci-		¶ De senibus honorandis.	83

Concilium quartum Carthaginense.

¶ Ut fideles pro audienda ratione in ecclesia suscipiantur, vñq; ad missam stent.	84. ¶ De his qui oblationes defunctorum eccle-	94.
¶ Ut qui baptizandi sunt nomen dent, & à vino, & à carne abstineant.	85. ¶ De accusatore & accusato,	95.
¶ Ut nuper baptizati castæ, & continenter viuant	86. ¶ De eo qui religiosis fœminis præficitur ut probetur.	96.
¶ De catholicis qui causam apud ifideles ponunt.	87. ¶ Vt laicus pñtibus clericis nō doceat,	97.
¶ De his qui ecclesia pñtermista ad spectacula pergunt.	88. ¶ Vt mulieres baptizare nō pñsumant,	98.
¶ De his q; augurijs, vel incantationibus, iudaicis luptitionibus seruunt.	89. ¶ De viduis, adolescentibus, & infirmis,	99.
¶ De inerguminis	90. ¶ Ne clerici viduarum familiaritate associetur,	100.
¶ Item de inerguminis.	91. ¶ De viduis, quæ ecclesiæ stipendijs sustentantur.	101.
¶ De victu in erguminorum.	92. ¶ De viduis quæ professæ continentiam pñuaricte sunt,	102.
¶ Ut oblatões discordatiū nō recipiant.	93. ¶ De viduis quæ professa continentiam pñuaricte sunt,	103.
¶ Ut oppressorum pauperum oblationes nō		104.

Incipit concilium quartum Carthaginense habi- tum ab episcopis CC. XIII. Era. CCCC. XXX. VI.

A



B

V gusto Honorio. IIII. & Euticiano consilibus. VI. Idus Nouembris, cum Aurelius episcopus in concilio vniuersali Carthaginæ in lecretario cum omnibus confessoribus suis consedisset, placuit cum eo cunctis qui fuerunt in eadem sancta synodo constitueret hæc quæ ad ordines ecclesiasticos canonicos sunt necessaria disciplinis, ibi in principio constitutum est qualis ordinari debeat episcopus.

I. ¶ Cum episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperans, si vita castus, si sobrius, si semper sui negotijs cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege domini instruitus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatis ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia, si fidei documenta veribus duplicitibus aferat id est patrem & filium & spiritum sanctum vnum deum esse confirmans, rotamq; trinitatis deitatem coessentialm, & consubstantialem, & coeteralem, & coomnipotentem pñdicans, si singulas quafq; in trinitate personas plenum deum, & totas tres personas vnum deum, si incarnationem diuinam non in patre neq; in spiritu sancto factam sed in filio tm̄ credat, vt qui erat in diuinitate dei patris filius ipse fieret in homine hominis matris filius deus verus ex patre, homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens, & anima humanam rationale simul in eo vtriusq; naturæ, id ē deus & homo, vna persona, vnu filius, vnu Christus, vnu dominus, creator omnium quæ sunt & auctor, dominus & rector cum patre & spiritu sancto omnium creaturarum, qui passus fit vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte, resurrexit vera carnis sue receptione, & vera anima resumptione in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Querendum etiam ab eo si noui & veteris testamenti, id est legis & prophetarum, & apostolorum vnum eundemq; credit auctore & dominum, si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus, querendum etiam ab eo, si credit huius quam gestamus, & non alterius carnis resurrectionem, si credit iudicium futurum, & recepturos singulos pro his quæ in carne gesserunt, vel penas vel premia, si nuptias nō prohibeat, si secunda matrimonia non damnet, si carnium perceptionem non culpet, si penitentibus reconciliatis communiciet, si in baptismis omnia peccata, id est tam illud originale contractum q; illa quæ voluntarie admissa sunt dimittatur, si extra ecclesiam catholicam nullus salveatur. Cum in his omnibus examinatus fuerit inuentus plene instruitus, tunc cum consensu clericorum & laicorum, & conuentu totius prouinciarum episcoporum, maximæq; metropolitani, vt autoritate, vel præsentia ordinetur episcopus suscepto in nomine Christi episcopatu, non suæ delectationi, nec suis motibus, sed his patrum dissensionibus acquiescat. Dehinc disponitur qualiter ecclesiastica officia ordinantur.

¶ Ep̄s

Concilium quartum Carthaginense

Fo. LXXXII.

- II. ¶ Episcopus cum ordinatur, duo episcopi ponant & teneant euāgeliorum codicem C super caput & cervice eius, & uno super eum fundente benedictionē, reliqui omnes ep̄i qui assunt manibus suis caput eius tangant.
- III. ¶ Presbyter cum ordinatur episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri qui pr̄sentes sunt manus suas iuxta manus episcopi super caput illius teneant. D
- III. ¶ Diaconus cum ordinatur solus episcopus qui eum benedit manus super caput E illius ponat, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.
- V. ¶ Subdiaconus cum ordinatur solus episcopus quia manus impositionem non accepit, patenam de episcopi manu accipiat vacuam & calicem vacuum, de manu vero archidiaconi vrceolum cum aqua & mantile & manutergium. F
- VI. ¶ Accolitus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur qualiter se in officio suo A agere debeat, sed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt sciat se ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipari. Accipiat & vrceolum vacuum ad suggerendum vinum in Eucharistiam sanguinis Christi.
- VII. ¶ Exorcista cum ordinatur accipiat de manu episcopi libellum in quo scripti sunt B exorcismi dicente sibi episcopo, accipe & commenda memorie, & habeto potestatē imponendi manus super inerguminum, siue baptizatum, siue cathecumatum.
- VIII. ¶ Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum episcopus ad plebem indicans eius fidem, ac vitam atq; ingenium, post h̄c spectante plebe tradat ei codicem de quo lector est dicens ad eum, accipe, & esto lector verbi dei, habiturus si fideliter & utiliter impleueris officium partem cum eis qui verbum dei ministrauerunt. C
- IX. ¶ Hostiarius cum ordinatur postq; ab archidiacono instrūctus fuerit qualiter in domo dei debeat conuersari, ad suggestionem archidiaconi tradat ei episcopus claves ecclie de altario dicens, sic age quasi redditurus domino rationem pro his rebus quae his clauibus recluduntur. D
- X. ¶ Psalmista, id est cantor potest absq; scientia episcopi sola iussione presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero, vide vt quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes. E
- XI. ¶ Sanctimonialis virgo cum ad consecrationē sui episcopo offertur, in talibus vesti bus applicetur, qualibus semper usura est professioni, & sanctimoniae suaq; religioni susceptę aptis. F
- XII. ¶ Viduæ vel sanctimoniales quae ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur, instructe sint ad officium, vt possint apto & fano sermone docere imperitas & rusticas mulieres tempore quo baptizandæ sunt, qualiter baptizatori interrogate respondeant, & qualiter accepto baptismate viuant. G
- XIII. ¶ Sponsus & sponsa cum benedicēti sunt à sacerdote, à parentibus suis, vel à parentynmphis offerantur qui cum bñdictionem acceperint, eadem nocte proreuerētia ipsius bñdictionis in virginitate permaneant. H
- XIV. ¶ Ut episcopus non longe ab ecclesia hospitolum habeat. I
- XV. ¶ Ut episcopus vitem supellectilem, & mensam ac victum pauperē habeat, & dignitatis sua autaritatem fide & vita meritū q̄rat. K
- XVI. ¶ Ut episcopus gentilium libros non legat, hæreticorum autem pro necessitate & tempore. L
- XVII. ¶ Ut episcopus gubernationem viduarum & pupillorum ac peregrinorum nō M per se ipsum, sed per archidiaconum, aut per archipresbyterum agat.
- XVIII. ¶ Ut episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat. N
- XIX. ¶ Ut episcopus non prouocatus, pro rebus transitoriis litiget. O
- XX. ¶ Ut episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed ut lectiōi & oratio P ni & verbo prædicationis tantummodo vacet.
- XXI. ¶ Ut episcopus ad synodum ire non sine satis graui necessitate inhibeat, sic tamen ut in sua persona legatum mittat suscepturnus salua fidei veritate quicquid sacra sy nodus statuerit. Q
- XXII. ¶ Ut episcopus sine concilio clericoꝝ suoḡ clericos non ordinet, ita ut ciu R um assensum & connuentiam & testimonium querat.
- XXIII. ¶ Ut episcopus nullius causam audiat absq; pr̄sentia clericorum suorum, alio S quin irrita erit sententia episcopi, nisi clericorum pr̄sentia confirmetur.

Capitulum vigesimumquartum.

O 4

Sacer-

Concilium quartum Carthaginense.

- T XXIII. ¶ Sacerdote verbum faciente in Ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.
- V XXV. ¶ Dissidentes episcopos, si non timor dei, synodus reconciliet.
- X XXVI. ¶ Studendum est episcopis, ut dissidentes fratres, siue clericos, siue laicos ad pacem magis quam ad iudicium cohortentur.
- Y XXVII. ¶ Ut Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis clericus, sanè si pro utilitate Ecclesiae faciendum poposcerit decreto pro eo Clericorum, & Laicorum Episcopis porrecto in presentiam synodi transferat, nihilominus alio in loco eius episcopo subrogato, inferioris vero gradus sacerdotes, vel alij Clerici concessione suorum Episcoporum possunt ad alias Ecclesias transmigrare.
- Z XXVIII. ¶ Irritam esse iniustam Episcoporum damnationem idcirco à synodo retractandam.
- A XXIX. ¶ Episcopus si Clerico vel Laico crimen imposuerit, dederetur ad probationem in synodum.
- B XXX. ¶ Cauent iudices Ecclesiae ne absente eo, cuius causa ventilatur sententiam proferant, quia irrita erit, imò & causam in synodo pro facto dabunt.
- C XXXI. ¶ Ut episcopus de rebus tanquam commendatis non tanquam proprijs vtratur.
- D XXXII. ¶ Irrita erit donatio Episcoporum, vel venditio, vel commutatio rei Ecclesiastice absque conuenientia, & subscriptione Clericorum.
- E XXXIII. ¶ Episcopi vel presbyteri si causa visitandæ Ecclesiae alterius Episcopi ad Ecclesiam venerint, & in gradu suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam inuitentur.
- F XXXIV. ¶ Ut Episcopus in quolibet loco sedens stare presbyterum non patiatur.
- G XXXV. ¶ Ut Episcopus in Ecclesia in consesso presbyterorum sublimiorum sedeat, intra domum vero collegam se presbyterorum esse cognoscat.
- H XXXVI. ¶ Presbyteri qui per dioceses Ecclesiae regunt non à quibuslibet Episcopis, sed à suis, nec per iuniorem clericum, sed omni anno aut per seipso, aut per illum qui sacramentum tenet ante paschæ solemnitatem, chrysina petant.
- I XXXVII. ¶ Ut diaconus, ita se presbyteri ut Episcopi ministrum esse cognoscat.
- K XXXVIII. ¶ Ut diaconus praesente presbytero Eucharistiam corporis CHRISTI populo (si necessitas cogit) iussus, eroget.
- L XXXIX. ¶ Ut diaconus quolibet loco iubente presbytero, sedeat.
- M XL. ¶ Ut diaconus in conuentu presbyterorum interrogatus loquatur.
- N XLI. ¶ Ut diaconus tempore oblationis tantum, vel lectionis alba induatur.
- O XLII. ¶ Clericum inter tentationes officio suo incubantem gradibus sublimandum.
- P XLIII. ¶ Christianum Catholicum qui pro Catholica fide tribulationes patitur honore omni à sacerdotibus honorandum, etiam & per diaconum ei victus ministretur.
- Q XLIII. ¶ Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat.
- R XLV. ¶ Clericus professionem suam, & in habitu, & in incessu probet, & ideo nec vestibus, nec calciamentis decorem querat.
- S XLVI. ¶ Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.
- T XLVII. ¶ Clericus per plateas & andronas, nisi certa, & maxima officij sui necessitate, non ambulet.
- V XLVIII. ¶ Clericus qui non pro emendo aliquid, in nundinis vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur.
- X XLIX. ¶ Clericus qui absque corpusculi sui in qualitate vigilijs deest, stipendijs priuatus excommunicetur.
- Y L. ¶ Clericum inter tentationes ab officio suo declinantem, vel negligentius agentem, ab officio suo remouendum.
- Z LI. ¶ Clericus quantumlibet verbo Dei eruditus artificio victimum querat.
- A LII. ¶ Clericus victimum & vestimentum sibi artificio, vel agricultura absque officij sui dumtaxat detimento præparet.
- B LIII. ¶ Omnes clerici qui ad operandum validi sunt, & artificiola, & literas discant.

¶ Clericus

Conciliū quartū Carthaginēse.

Fo. LXXXIII.

- LIII. ¶ Clericus inuidens fratrum prosectibus, donec in vitio est, non promoueatur. A
- LV. ¶ Ut episcopus accusatores fratrum excommunicet, & si emendauerit vitium, re- B
cipiat eos ad communionem, non ad clerum.
- LVI. ¶ Clericus qui adulatio[n]i, & proditio[n]ib[us] vacare apprehenditur, ab officio de- C
gradetur.
- LVII. ¶ Clericus maledicus maximeq[ue] in sacerdotibus cogatur ad postulandam veniā D
finoluerit, degradetur, nec vñq[ue] ad officium absq[ue] satisfactiōne reuocetur.
- LVIII. ¶ Clerici qui frequenter litigat, & ad causandum facilis est testimonium nemo E
absq[ue] grandi examine recipiat.
- LIX. ¶ Discordantes clericos episcopus, vel ratiōne vel potestate ad concordiā trahat F
inobedientes synodus per audiētiā damnet.
- LX. Clericum scurrilem & verbis turpibus iocularē ab officio retrahendum. G
- LXI. ¶ Clericum per creaturas iurantem à criminē obiurgandum, si perfiterit in vi- H
tio, excommunicandum.
- LXII. ¶ Clericum inter epulas cantantem supradictæ sententiæ severitate coercen- I
dum.
- LXIII. ¶ Clericum qui tempore indicti ieunij absq[ue] ineuitabili necessitate ieuniū rū- k
pit minorem habendum.
- LXIII. ¶ Qui dominico die studiose ieunat, non credatur catholicus. L
- LXV. Paschæ solemnitas vno die, & tempore celebranda. M
- LXVI. ¶ Clericus qui episcopi circa se distinctionem iniustam putat, recurrat ad sy- N
nodum.
- LXVII. ¶ Seditionarios nunq[ue] ordinandos clericos, sicut nec usurarios, nec iniuriarum O
suarum vltores.
- LXVIII. ¶ Ex p[ro]cenitentibus (quamvis sit bonus) clericus non ordinetur. P
- LXIX. ¶ Si per ignorantiā episcopifactum fuerit deponatur à clero, quia se ordina- Q
tionis tempore non prodidit fuisse p[ro]cenitentem, si autem sciens episcopus ordinauerit ta-
lem etiam ipse ab episcopatu sui ordinandi duntaxat potestate priuetur. Simili sententiæ
subiacebit episcopus, si sciens ordinauerit clericum eum qui viduam, aut repudiata[m] vx-
orem habuit, aut secundam.
- LXX. ¶ Clericus hæreticorum, aut schismaticorum tam conuiua quam sodalitates e- R
uinet equaliter.
- LXXI. ¶ Quod hæreticoz[us] cētus non ecclesia, sed concilabulum sit. S
- LXXII. ¶ Cum hæreticis nec orandum, nec psallendum. T
- LXXIII. ¶ Qui communicauerit vel orauerit, cum excommunicato, siue clericus siue V
laicus, excommunicetur.
- LXXIII. ¶ Ut sacerdos p[ro]cenitentiam imploranti absq[ue] persona acceptance p[ro]cenitē- X
tie leges iniungat.
- LXXV. ¶ Ut negligentiores p[ro]cenitentes tardius reconcilie[n]tur. Y
- LXXVI. ¶ Is qui p[ro]cenitentiam in infirmitate petit, si casu dū ad eum sacerdos inuita- Z
tus venit oppresus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit dent testimo-
nium qui eū audierūt, & accipiat p[ro]cenitentiam, & si continuo creditur moriturus, recon-
cilietur per manus impositionē, & infundatur ori eius eucharistia, si superuixerit admo-
neatur à supradictis testibus petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis p[ro]cenitentie le-
gibus, quoniā diu sacerdos qui per p[ro]cenitētiā dedit, probauerit.
- LXXVII. ¶ P[ro]cenitentes qui in infirmitate sunt viaticum accipiunt. A
- LXXVIII. ¶ P[ro]cenitentes qui in infirmitate viaticum eucharistię acceperint nō se cre- B
dant absolutor sine manus impositione si superuixerint.
- LXXIX. ¶ P[ro]cenitentes qui attente leges p[ro]cenitētie exequunt si casu in itinere vel in ma- C
ri mortui fuerint, ybi eis subueniri non possit, memoria eoz[us] & orationibus & oblationi-
bus commendetur.
- LXXX. ¶ Omni tempore ieunij manus potentibus à sacerdotibus imponan- D
tur.
- LXXXI. ¶ Mortuos ecclesiæ p[ro]cenitentes efferant & sepeliant. E
- LXXXII. ¶ Venientes etiā diebus remissiōnis genua flectant. F
- LXXXIII. ¶ Pauperes & senes ecclesiæ plus ceteris honorandos. G
- LXXXIII. ¶ Ut eps nullū prohibeat ingredi ecclesiā, & audire verbu dei, siue gentile, H
siue hæreticum, siue Iudeū usq[ue] ad missam cathecum inox.

Bapti-

Concilium Carthaginense quartum.

- I LXXXV ¶ Baptizandi nomen suum dent, & diu sub abstinentia vini & carnium, ac manus impositione, crebra examinatione baptisatum percipient.
- K LXXXVI ¶ Neophyti aliquamdiu & laetioribus epulis & spectaculis, vel conjugibus abstinentia.
- L LXXXVII ¶ Qui causam suam Catholicus siue iustum, siue iniustum ad iudicium (neantur), alterius fidei iudicis prouocat, excommunicetur.
- M LXXXVIII ¶ Qui die solemni praetermisso solemni Ecclesiae conuentu ad spectacula vadit.
- N LXXXIX ¶ Augurijs vel incantationibus seruientem a conuento (excommunicetur). Ecclesiae separandum, similiter & superstitionibus iudaicis, vel ferijs inharentem.
- O XC ¶ Omni die exorcista in erguminis manus imponat.
- P XCI ¶ Pauperia domorum dei in erguminis verrant.
- Q XCII ¶ In erguminis in domo Dei assidentibus vicitus quotidianus per exorcistas opportuno tempore ministretur.
- R XCIII ¶ Oblationes dissidentium fratrum, neque in sacrario, neque in gazarophylacio.
- S XCIV ¶ Horum qui pauperes opprimunt dona a sacerdotibus refutanda. (recipiantur).
- T XCV ¶ Qui oblationes defunctorum, aut negant Ecclesijs, aut cum difficultate redunt tranquam egenitatem necatores excommunicentur.
- V XCVI ¶ Quarendum in iudicio, cuius sit conuersationis & fidei is qui accusat, & is qui
- X XCVII ¶ Qui religiosis fœminis præponendus est ab epo loci probetur. (accusaturs)
- Y XCVIII ¶ Laicus præsentibus clericis nisi ipsis rogantibus docere non audeat.
- Z XCIX ¶ Mulier quamvis docta & sancta viros in conuentu docere non præsumat.
- A C ¶ Mulier baptizare non præsumat.
- B CI ¶ Vt viduae adolescentes quæ corpore debiles sunt, sumptu Ecclesiae cuius viduae
- C CII ¶ Ad reatum epij pertinet, vel presbyteri qui parochie sunt, sustententur, præest, si sustentandæ vitæ præsentis causa adolescentiores viduae, vel sanctimoniales aliquo-
- D CIII ¶ Vt viduae quæ stipendio ecclesiae sustentantur (rum familiaritatibus subiectantur,
- E CIII ¶ Sicut bonū castitatis pmiū, ita & maiori obseruantia & pceptioē custodiendū est, vt si quæ viduae quantilibet adhuc in minoribus annis positæ, & matura aetate à viro religiose deuouerunt dñō, & ueste laicali abiecta sub testimonio epij & Ecclesiae religioso habitu apparuerint, postea vero ad nuptias seculares transfirūt, secundum Apostolum damnationē habebunt quoniā fidē castitatis quam domino vouerunt irritam facere aus sunt, tales ergo personæ sine Christianog. communione maneant, quæ etiam nec in coniuio cum Christianis communiceret, nam si adulteræ coniuges reatu sunt viris suis obnoxiae, quanto magis viduae quæ religiositatē mutauerunt, criminis adulterij notabunt, si deuotionē quam deo sponte obtulerūt libidinosa corruperint voluptate, atq; ad secundas nuptias transitū fecerint, q; & si violencia irruēte ab aliq; ppreptæ fuerint, ac postea delectatione libidinis pmanere in coniugiū rationi, vel violento viro consenserint, damnatione superius comprehensa teneant obnoxiae, de talibus ait Apostolus, cū luxuriatæ fuerint, nubere volunt habentes damnationē, quia primam fidē irritā fecerūt, Aurelius ep̄s Ecclesia Carthaginensis subscripti, Donatianus Taleprensis prius sedis subscripti, Augustinus Ippone Regiē, subscripti. Siꝝ omnes ep̄i subscripti erunt.

Incipiunt capitula concilij quinti Carthaginensis.

Capitulum primum.

- ¶ De Clericis ad testimonium non pulsandis. 1
- ¶ De clericis pro crimine suo damnatis, vt à quolibet non defensentur. 2
- ¶ De Sacerdotibus & Leuitis, vt ab vxoribus se contineant. 3
- ¶ De rebus Ecclesiae fine consilio metropolitani episcopi non alienandis. 4
- ¶ Vt nullus episcopus reliqua cathedralia in dioceſi residat. 5
- ¶ De his qui nullo testimonio se baptizatos nouerūt vt baptizen, similiter de consecratione. 6
- ¶ Detempore paschali, seu Concilij. 7 (Ecclesiarum faciendum est. 6)
- ¶ De intercessoribus ne cathedram morientis episcopi diu retineant, sed infra annum sacerdotum. 8
- ¶ De defensore Ecclesiarum à principe postulando. 9 (dotem prouideant. 8)
- ¶ Vt episcopi ad diem Concilij occurrant. 10
- ¶ Vt lapsis sacerdotibus, manus sicut laicis non imponatur. 11
- ¶ De clericis excommunicatis quādiu eis asserere liceat innocentiam suam. 12
- ¶ De clericis vel monachis ab alio episcopo ordinatis. 13
- ¶ De Basilicis quæ fine martyrum reliquijs dedicatae sunt. 14
- ¶ De idololatrijs destruendis. 15

Incipit